



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe  
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von**

**Erfurti, 1675**

XXXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

*Porta con-  
nvente Se-  
natu per tu-  
multum de-  
jicitur.*

*spargere*

**XXXII.**  
*Mortuo Da-  
nieli succe-  
dit Wolff-  
gangus.*

dere ex more consueverant, illinc pro-  
spectu in subjectum forum, & mille varie-  
tibus non contenti, luctas etiam, lapi-  
dum jactus, & ingentes clamores in mul-  
tam noctem addebant. His Clerus in do-  
mibus suis & Ecclesiâ turbatus, portam  
in gradibus erexit, ut insolentes ascensu  
prohiberet; † at congregati, quos ne-  
quitia, vel juvenus ad licentiam anima-  
bat, portam oppugnant, effringunt, de-  
jiciunt, secant. Mittit Senatus, qui in-  
hiberent, sed remissius erat mandatum,  
ut probari facinus callidè ostenderet:  
quippe libertati periculosum videbatur,  
quasi in arcem sublimia Tempia muniri.  
Pergunt igitur atrocius in coeptis, tre-  
pidantibus interim Ecclesiasticis, suisque  
facultatibus, & sibi in concursu timentibus.  
Fuit qui duos haleces è stante adhuc  
poste suspenderet, ac ~~postea~~ in vulgus  
Jesuitas (sic vocavit) pendere: abiit  
hæc res in calumniam, ut pluribus annis  
halecum nomine à discolis peterentur, nec  
Cæsareis mandatis coërceri, nisi domitâ  
jam Urbe potuerit.

Mortuo Daniele † ArchiEpiscopo  
Wolfgangus successit. Prior in rebus  
agendis felix successori gloriam præripuisse  
videbatur. Erfordia in novum Principem,  
cujus prudentiam nondum exper-  
ta, (a) licentius peccat, & insolentior Sena-  
tus

(a) *Frequentia acta & documenta desuper extant.*

tus † parochiale Templum S. Wipper-  
 ti cum domo pastorali Catholicis xxiv. o-  
 ctobris adimit. Est illud elegantis stru-  
 cturæ absque sustinente pilâ in amplissimos  
 fornices exurgens. Wolfgangus † re-  
 stitutionem Senatui mandat : hic tem-  
 plum parœcorum civium esse , præten-  
 dit , † quorum sumptibus ædificatum :  
 testari illud gentilitia extruentium infi-  
 gnia , quæ coeuntis fornices solus exhibet,  
 hos autem , paucis exceptis , Evangelii  
 reformationem amplecti , proinde ut pro  
 suæ Religionis ritu vindicent , negari non  
 posse. \* Elector per Legatos mandata  
 repetit : † Ordinarii , non civium tem-  
 pla esse , quorum devotioni solum destina-  
 ta sint , ac dato , quod civium liberalitate  
 quondam surrexerint , id non proprieta-  
 tem , nec ordinarii jura , sed jus patrona-  
 tus solum tribuere , cum tamen & id pa-  
 rœcis nunquam competierit , verum unâ  
 cum Episcopali Jurisdictione ad Sedem su-  
 am spectaverit. Frustrâ ex Canonibus  
 nisi armatis cum Erfordiâ disputatur , ideò  
 Wolfgangus † spoliū ad Rudolphum  
 Cæsarem defert , ab hoc mandatum de in-  
 dicendo subditis Calendario reformato †  
 circa idem tempus Elector acceperat , ut  
 igitur per reliqua Electoratus loca , sic &  
 hic jussa Cæsaris secundo Novembris pu-  
 blicat. Senatus è contrâ de veteri servan-  
 do † mandatum affigit , pœnas in sancti-  
 onis reos proponit. Hinc † magno civi-  
 lium

*Senatus Pa-  
 rochiale tē-  
 plū S. Wip-  
 perti occupa-  
 pat.*

*Opponit se  
 Elector.*

*Respondet  
 Senatus.*

*\*MDLXXX  
 III.*

*Refutat E-  
 lector.*

*Defert ad  
 Cæsarem.*

*Calendarium  
 reformatum  
 publicatur  
 Erfordiae.*

*Senatus re-  
 jicit.*

*Hinc dupli-  
 cū Calenda-  
 rii observa-  
 tio.*

lium negotiorum incommodo, duplex  
 Calendarium civitas accepit. Postridie  
 S. Catharinæ Catholici amputatis, qui per  
 errorem irreperant, decem diebus, se-  
 xtum Decembris, & in eo S. Nicolaum  
 venerati sunt. Senatus cum potissima ci-  
 vium multitudine veterem temporis cal-  
 culum retinuit. Nec contentus Cæsarea  
 & Electoris iussa detrectasse, illos, qui  
 paruerant, carceribus mancipat. \* Rudol-  
 phus † in causa Wippertini templi  
 cognoscit, & Pragâ xx. Martii restituti-  
 onem cum domo parochiali mandat. Ci-  
 vitas eadem Cæsari, quæ ante Electori ob-  
 loquitur. At severius Cæsar jubet, ite-  
 rumque Wolfgangus per Legatos ædem  
 repetit. Demum Senatus † Cæsaris in-  
 dignationem metuens, retentâ parochi-  
 ali domo templum restituit. Sed Archi-  
 Episcopus partitione hac partiali non con-  
 tentus, etiam domum sibi reddi postulat,  
 † cumque Monasterium Canonicorum  
 Regularium S. Augustini similiter occupa-  
 set Senatus, has querelas ad Cæsarem jun-  
 git. Rudolphus \* utriusque restituti-  
 onem disertè mandat. Senatus † curia-  
 tur, & quas potest moras necit: Mogun-  
 tini desiderii iniquitatem se probaturum,  
 obiisse nuper Syndicos, & Seniores, qui  
 privilegiorum, & hujus rei notitiam ha-  
 buerint, ut primum iis surrogati plenius  
 se informârint, fusius, & quid in re sit,  
 responsurum. Cæsar † puerili responso  
 offen-

\*MDLXXX  
 IV.

Rudolphus  
 Cæsar *Wip*  
*pertini tem-*  
*pli restituti-*  
*onem man-*  
*dat.*

Templum re-  
 tentâ paro-  
 chiali domo  
 restituit Se-  
 natus.

Cæsar Mo-  
 nasteriū Ca-  
 nonicorum  
 S. Augustini  
 restitui ju-  
 bet.

\*MDLXXX  
 VII.

Senatus re-  
 spondet.

Cæsar man-  
 datum repe-  
 tit.

offensus, nam sapius proprii juris ignorantiam moræ prætenderat, severius rescribit: Unde quod ampla Civitas hominibus destituatur, qui domestica jura, & literas sciant, pareret confestim suis jussis, parochialem domum, & Monasterium, quod occuparunt, cum censibus restitueret, aut morositatis se vindicem expectaret. \* Supervenit mox aliud Cæsaris

\* Ru-  
templi  
titutio-  
t. Ci-  
tori ob-  
t, ite-  
s ædem  
saris in-  
arochi-  
Archi-  
on con-  
ostulat,  
icorum  
cupal-  
em jun-  
titutio-  
curia-  
Mogun-  
urum,  
es, qui  
m ha-  
plenius  
re sit.  
sponso  
offen-

mandatum: invisæ Civitati provocatio-  
nes ad Curiam Moguntinam erant, ut-  
pote cum iis de subjectione sua moneretur.  
Igitur Senatus appellantes mulctabat, &  
quibus poterat modis impediabat. Ite-  
rum Elector Rudolphum † superiorita-  
tis suæ vindicem invocat. Hic mirari se  
scribit, quod peculiarem in Imperio Ro-  
mano & inauditum hæcenus dominatum  
erigat Erfordia, non posse hoc salvâ Rep.  
in Germaniâ tolerari. Relinqueret Se-  
natus ad justitiam patentem viam, nec  
Domini sui jura invaderet. Continuati-  
onilitium, Dominicanorum † Monaste-  
rium materiam præbuit: id à dissoluto  
quodam Monacho possidebatur, qui sub  
protectione Senatûs superiores suos, ip-  
sum adeò ArchiEpiscopum despiciebat.  
Electoris Sigillifer coërcere irregularem,  
& cum Provinciali Ordinis disciplinæ ve-  
teri Cœnobium restituere conatur. At  
Senatus, ne quid in personam sub prote-  
ctione sua constituti admitteretur, inhibet.  
Monasterium autem mandatis recentibus

\*MDLXXX  
VIII.

*Rudolphus  
Senatû ex-  
probat affe-  
ctatione pe-  
culiaris do-  
minatûs.*

*Restituendi-  
sciplinam in  
Dominica-  
norum mo-  
nasterio Se-  
natus impe-  
dit.*

Q

Cæ-

Cæsareis territus vindicare sibi non ausus. Introducitur novus, ut vocant, Prior, sed cui alter conviciis, & Senatus favor prævaluit. Sic & hoc, aliaque, præcipuè mendicantium Cœnobia Senatui celsere, partim disciplinâ laxiore profanata, partim inritâ venditione derelicta. Moniales sua tutatæ sunt, quod modestiore vitâ sui venerationem conservassent. Nondum hæc sopita lis, & aliam Senatus intentat. \* Elector † Michaëlem Schillingium (a) Societatis Jesu Præsbyterum huc miserat, ut in Basilicâ Marianâ legem Dei prædicaret: famosa jam tum hæc Societas, quod ruenti in hæresin populo feliciter obicem posuisset. Igitur omni consilio † receptionem istius impediendam Senatus censuit: Superstites adhuc Catholicos istorum hominum zelo indurandos: immunitati Reip. adversus Dominatum Moguntinum consultum haud fore, quamdiu Pontificios cives haberit. Ut consonans Religio subditos imperantibus neçtit, sic pro libertate tuenda discrepantem excitare. Sufficiebant hæc, ut exire Schillingius ex Urbe juberetur, prætextus à lege protectionis Saxonicae desumptus, quæ Principibus ingratos in civitate tolerari vetaret. Hæc Schillingio vocato in Curiam à Senatu dicta, simul leges Reip. allegatæ sunt, quæ hominem cætus necdum recepti non protegerent.

Schil.  
(a)  
(b)  
(c)

4<sup>o</sup> MDLXXX  
IX.

P. Michael  
Schillingius  
è Societate  
Jesu Erfordiam venit.

Senatus se  
opponit.

(a) *Annales Collegii Societatis Erfurtenfis.*

Schillingius jura gentium objicit, quæ innoxium hospitium negare inhumanum ducant; præsentiam autem suam absque Reip. detrimento fore, se fidejussoribus cauturum. Nec ignotum se adeò, cui Erfordia patria sit, fratre ac consanguineis adhuc superstibus. Imò se civem Academicum esse, dudum Universitatis albo inscriptum; insuper in Electoris obsequio hic morari, ex cujus mandatis adsit, ejus superioritatem si disputarent, saltem ex multiplicibus pactis, Electoris ministro protectionem deberi. Cum frustrà hæc opponerentur, ac satellitibus minitaretur Senatus, ille de asylo sollicitus ad Curiam Moguntinam fugit: irritatus his Senatus illam undique turmis cingit, ac mensibus duodecim Schillingium obsidet, tandem moræ pertæsus, Comite Vicedomino Olando per obstupescentes vigiles exit, sicque servatus hic concionator, & accedentibus mox liberalissimis Legatis, anno sequentis sæculi primo (a) hæc missio in residentiam transiit, assumptus etiam post triennium (b) societatis habitus, cum antea sub clericali patres latuissent: demum (c) conductâ à Clero Mariano domo, quæ ad iconem B. M. Virginis appellatur, accedente etiam opimâ hereditate

Q<sub>2</sub>

(a) Anno 1601.

(b) Anno 1604.

(c) 1607.

tate (a) Denstadianâ , Elector Swicardus, (b) Monasterium Regularium, desertum à Canonicis adiecit, sicque residentia (c) in Collegium Societatis evecta est.

## XXXIII.

Frequentes interim conventus (d) cum Saxonibus Civitas habuit, interdum etiam dona submisit, ut de favore certior esset. Cum † Moguntino autem continuatæ lites, & tam profana, quam sacra disputata sunt. Jus tribuum, illas erigendi confirmandique regale Sedes Moguntina sibi hætenus servaverat, hoc Senatus eripere conatur, utque favorem † attentatum haberet, multis de Moguntinis Officialibus queritur, varios in ipsos excessus, & delicta conjicit: è contra Elector † sua jura vindicat, si quid Officiales peccaverint, ad suam id cognitionem pertinere. Nunciat † præterea se vi patrum (e) ante duo sæcula initorum Comitatus Tondorff, & Mühlberg pro dimidiâ parte dato pretio redempturam. Parvi hæc Urbici faciebant, † Dominos se Comitatum istorum, de reluendi jure nihil constare; frustra illis pacta allegantur, qui ut Moguntinis armis in disito loco, sic & pactis eorum prævalere sibi visum sunt. Irritavit Wolfgangum dolus sub-

*Continuata cum Moguntino lites.*

*Senatus de Officialibus querela.*

*Electoris responsum.*

*Nunciat Elector restitutionem Tondorffii & Mühlbergii*

*Senatus renuit.*

(a) 1609. fuitque quindecim millium aureorum.

(b) 1615.

(c) 1619.

(d) MS. Chron. Erfurt.

(e) Vide supra ad annum M C C C L V I I.